

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XL. De modo conuersationis Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

Q V A E S T . X L

Rea, & q̄ Christus inter eos visque ad illud tempus, cū suis conciubus conuersatus est sine offensi & fine scandalo proculdubio: quod nō euatatum fuisset, si iuuenis, paber pauper, interem se in opere exhibuisset.

Et praedestinavit conformes fieri imaginis filij sui. **V**nde Hilarius dicit super Matt. * quod super Iesum baptizatum descendit Spiritus sanctus, & vox Patris audita est, dicentes, Hic est filius meus dilectus, ut ex his, quæ consumabantur in Christo, cognoscemus post aquæ lauacrum, & de coelestis portis sanctum in nos spiritum inuolare, & paternæ vocis, adoptione, Dei filios fieri,

Esuper Questionis quadragecima Articula lumen primum.

Tulus clarus, in corpore vna conclusio: Christus conuenienter vitam socialem assumpt. Probatur. Christus debuit talē viuendi modū assūnere, q̄ conueniret fini incarnationis: sed finis incarnationis exigit vitā socialē, ergo. Minor declarant: quia triplex est finis incarnationis, paimo, testimonium veritatis. Secundo, salutare peccatores. Tertio, adduce rationes ad Deum. Omnia clara iunc in litera.

TSecundo, Vtrum Christus debuerit austera vitam ducente in cibo, & potu & vestitu, an alis communem. **T**ertio, Vtrum debuerit abiecte vivere in hoc mundo, an in diuinitate, & honore. **T**Quarto, Vtrum debuerit secundum legem vivere,

A R T I C U L V S P R I M V S

Vtrum conueniens fuerit, Christum inter homines conuersari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non debuerit inter homines conuersari, sed solitarius vitam agere. Oportebat enim, quod Christus sua conuersatione non solum se hominem ostenderet esse, sed etiam Deum: sed Deum non conuenit cum hominibus conuersari: dicitur enim Daniel. 2. Exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio: & Philosophus dicit in 1. Politice, quod ille qui solitarius vivit, aut est bestia, si scilicet propter sauitiam hoc faciat: aut est Deus, si hoc faciat propter contemplandam veritatem, ergo uidetur, quod non fuerit conueniens Christum inter homines conuersari.

Praterea, Christus dum in carne mortali vixit, debuit perfectissimam vitam ducere: perfectissima autem vita est contemplativa, vt in secunda parte habitum est. * Ad vitam autem contemplativam ma-

Etrina credibilior fieret: vnde & ipse dicit Iohann. 5. Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me. Et hoc præcipue in baptismō per quem homines renascuntur in filios Dei adoptiōs. Filii autē Dei adoptiū instituuntur ad similitudinem filii naturalis, secundū illud Rom. 8. Quos præsciuit, hos exhibuisset.

Fxime competit solitudo, secundum illud Osee 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. ergo videretur, quod Christus debuerit solitariam vitam ducere,

Praterea, Conuersatio Christi debuit esse vniuersalis, quia semper in eo debuit apparere id, quod optimum est: sed quandoque Christus solitaria loca quarebat, turbas declinans: vnde Remigius dicit super Matthæ. Tria refugia legitur dominus habuisse, natum, montem, & desertum: ad quorum alterum quotiescumque a turbis comprimebatur, confundebat. ergo & semper debuit solitariam uitā agere.

SED CONTRA est, quod dicitur Baruch. tertio Post hęc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est:

RESPON. Dicendum, quod conuersatio Christi talis debuit esse, vt conueniret fini incarnationis, secundum quam venit in mundum. Venit autem in mundum, primo quidem ad manifestandum veritatem, sicut ipse dicit Iohann. 18. In hoc natus sum, & adhuc veni in mundum, vt testimonium perhibeā veritati: & ideo non debebat se occultare, utam solitariam agens sed in publicum procedere, publice prædicando, Vnde Luc. 4. dixit illis, qui volebant eum deridere: quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Secundo venit ad hoc, vt homines a peccato liberaret, secundum illud primæ ad Timothœum primo, Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere. Et ideo vt Chrysostomus dicit, in eodem loco manendo posset Christus ad se omnes attrahere, vt eius prædicationem audirent: non tamen hoc fecit, prebens nobis exemplum, vt perambulemus, & requiramus pereunte, sicut pastor oem perditam, & medicus accedit ad infirmum. Tertio venit, vt per ipsum habeamus accessum ad Deum, vt dicitur Romano. quinto. & ideo familiariter cum hominibus conuersando, conuenienter fuit, vt hominibus fiduciam daret ad se accedendi. Vnde dicitur Matthæo nono. Factum est discubente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores uenientes, discubebant cum Iesu & discipulis eius, qđ exponens Hier. * dicit, viderunt publicani, & peccatis ad meliora conuersari, locum inueniente poenitentie: & ob id, etiam ipsi non desperant salutem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus per humanitatem suam, voluit manifestare diuinitatem. Et ideo conuersando cū hominibus (quod est proprium hominis) manifestauit omnibus suam diuinitatem, prædicando, & miracula faciendo, & inno-
center, & iuste inter homines conuersando.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ sicut in secunda parte dictū est*, vita cōsideratua simpliciter est melior quam actiua, quæ occupatur circa corporales actus sed vita actiua secundum quam aliquis prædicando & docendo, contemplata alijs tradit, est perfectior, quam vita, qua solum contemplatur: quia talis vita presupponit abundantiam contemplationis: & ideo Christus talem vitam eligit.

AD TERTIUM dicendum, q̄ actio Christi fuit nostra instruacio. Et ideo vt daret exemplū prædictoriis, q̄ noui tempore darent publicum, in quan- doque dominus se a turbis retraxit: quod quidem legitur fecisse propter tria. Quandoque quidem, propter corporalem quietem: vnde Marci 6. dicitur, q̄ dominus dixit discipulis, Venite scorfum in deserto locum, & requiescite pūnullū: erant enim qui venie-
bant

bant & redibant multi, & nec spatum manducandi
habebant. Quandoque vero causa orationis, unde
dicitur Lucae. *Factum est in illis diebus, exiit in
montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.*
Vbiq[ue] Ambrofius. quod ad præcepta virtutis suo
re informat exemplo. Quandoque vero, vt doce
ret fauorem humanum vitare, unde super illud Mat
thæi quinto. Videns Iesu turbas, ascendit in mon
tum, dicit Chrysostomus. *Per hoc, quod non in
cuite & foro, sed in monte & solitudine sedet eru
dit nos, nihil ad ostentationem facere. & a tumultu
bus adcedere, & maxime, cum de necessarijs dispu
tare oporteat.**

ARTICVLVS II.

*q[ui] super Questionis
quadragesime Arti
culum secundum.*

*Vtrum Christus austera vitam in
hoc mundo ducere
debuerit.*

*T*itus clarus.
In cap. 4.1.2. *In eo p[ro]p[ter]e
vina cœlūsio:
Cœnatio fuit, vt
Cunctis in cibo, &
potu sicut alijs fe ha
bere, probatur pri
bus Congruum erat
incarnationis fini, vt
Christus solumcitem
viam diceret, ergo
conuenientissimum
fuit, &c. Probatur
sepius: quia qui
cum arijs conuaria
tur, conuenientissi
mum est, vt confor
mari alijs, quod
procurat eam pri
mam.*

*Hominis n[ost]ri ad Corin. 9. Fa
tus sum omnia om
nia. Probatur se
condo autoritate
Augustinimo domi
ni. Ma. 11.*

*In reponitione ad
primum, nota & fi
ge anno doctrinā
hanc feliciter, Christus
exemplum fuit
perfectionis in om
niis, que per se
pertinent ad salutē:
hinc enim habes, q
ui in his, que non per
se pertinent ad salu
tem (quæ feliciter nō
sunt secundum se bo
na, sed solum re
lati ad aliquem si
nem, vt astinen
tia, paupertas, &
alia humilio[n]ia) nō
oportet inquirere in
Cuncto austeriora
tamquam perfectio
ri: sed ea quæ
magis conuington
incarnationis fini, si
ue sunt austera, sive
non.*

*deaginta noctibus, ergo videtur non fusile cōgruū,
quod post tantam vitam distinctionem ad commu
nem vitam rediret.*

A SED CONTRA est, quod dicitur Matthæi
vndecimo. Venit Filius hominis manducans, &
bibens.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod (sicut di
ctum est*) congruum erat incarnationis fini, vt
Christus non ageret solitariam vitam, sed cum ho
minibus conuerfaretur: qui autem cum aliquibus
conuersatur, conuenientissimum est, vt se eis in cō
uersatione conformet, secundum illud Apostoli
prima ad Corinth. nono. *Omnibus omnia factus
sum, & ideo conuenientissimum fuit, vt Christus in
cibo, & potu communiter se sicut alij haberet.* vñ
lib. 16. c. 30.
ante mediū
tom. 6.

B E AUGUSTINUS* dicit contra Faustum, quod Ioan
nes dictus est non manducans neque bibens, quia il
lo viuē, quo ludāi vtebantur, non vtebatur. Hoc er
go nisi dominus vteretur, non in eius comparatio
ne, manducans bibensque diceretur.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod dominus in
sua conuersatione exemplum perfectionis dedit in
omnibus, quæ per se pertinent ad salutem. Ip[s]a autē
abstinentia cibi & potus, non per se pertinet ad salu
tem, secundum illud Rom. i. Non est regnum Dei
esca & potus. Et August. x dicit in lib. de Questioni
bus Euang. expōns illud Matth. ii. Iustificata est sa
pientia a filiis suis: quia scilicet sancti Apostoli intel
lexerunt regnum Dei non esse in esca, & potu, sed
in æquanimitate tolerandi, quos nec copia subleuat

C nec deprimit egestas. Et in 3. * de doctrina Christia
na dicit, quod in omnibus talibus non viuē rerum,
sed libido vrentis in culpa est. Vtraque autem vita est
licita & laudabilis, vt scilicet aliquis a consortio ho
minū segregatus abstinentiam serueret, & vt in societa
te aliorum positus, cōmuni vita vtratur. & ideo Do
minus voluit vtriusque vitæ exemplum dare homi
nibus. Iohannes autem (sicut Chrysost. dicit super
Matth.) nihil plus ostendit præter vitam & iustitiam;
Christus autē & a miraculis testimoniū habebat.
dimitens ergo Iohannē ieunio fulgere, ipse contra
ria incessit via, ad mensam intrans publicanorum, &
manducans, & bibens.

A D S E C U N D U M dicendum, quod sicut alij
homines per abstinentiam consequuntur virtu
tem continent, ita etiam Christus in se & in suis di
scipulis per virtutem suā diuinitatis carnem compri
mebat. vnde sicut Matthæi non dicitur, Pharisei,
& discipuli Iohannis ieunabant, non autem discipu
li Christi: quod expōns Beda dicit, * quod Iohan
nes vinum & siceram non bibit: quia illi abstinentia
meritum auget, cui potentia nulla inerat naturæ. Do
minus autem, cui naturaliter suppetebat delicta do
nare, cur eos declinaret, quos abstinentibus poterat
reddere priores?

E T 3. Præterea. Ridiculum videtur,
vt aliquis districcio rem vitam incipiat, & ab eis laxiorem reuer
tatur: potest enim dici contra eū
quod habetur Luc. 14. Hic homo
capit edificare, & non potuit co
sumare. Christus autē districissi
mam vitam incepit, post baptismum manens in deserto, & ieu
nans quadraginta diebus, & qua
draginta noctibus, ergo videtur non fusile cōgruū,
quod post tantam vitam distinctionem ad commu
nem vitam rediret.

*Supra illud
Marci 2.
Quare disci
puli tui non
ieunantur? Est
c. 22. secund
um ord.
Bede 10. 2.
Hom. 15. in
Mat. nos re
mote a pr.
tom. 2.*

*Nom. 16. in
euang. post
med. illius.*

Tertia S. Thomæ. S per

Q V A E S T . X L .

ARTIC. I.

per decalogum sunt accepta, vel secundum Aug.* in libro 83. Quæstionum, omnis sapientiae disciplina est Creatorem, creaturamque cognoscere. Creator est Trinitas, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Creatura vero partim est visibilis, sicut anima, cui ternarius numerus attribuitur: diligere. n. Deum tripliciter inveniuntur, ex tote corde, & ex tota anima, & ex tota mente: partim visibilis, sicut corpus, cui quaternarius debetur, propter calidum humidum, frigidum, & secum. Denarius ergo numerus, qui rotam insinuat disciplinam, quater ductus, id est numero, qui corpori tribuitur, multiplicatus, quadragenarium conficit numerum. & ideo tempus, quo ingemiscimus & dolemus, quadragenario numero celebratur: nec tamen incongruum fuit, ut Christus post ieiunium & desertum, ad communem vitam rediret: hoc enim conuenit vita, secundum quam aliquis contemplata alijs tradit, quam Christus dicitur assumisse, ut primo contemplationi varet, & postea ad publicum actionis descendat, alijs coniuvendo. vnde & Beda dicit super Mar.* Ieiunavit Christus, ne præceptum declinaret: manducauit cum peccatoribus, vt gratiam cernens, agnosceres potestatem.

ARTICVLVS III.

**¶ Super Questionis
quadragesima Arti-
culum tertium.**

Vtrum Christus in hoc mundo debuerit pauperem vitam ducere.

Titulus clarus.
In corpore
vua conciūsio: De-
cuit Christū in hoc
mundo pauperem
vitam ducere. Pro-
barat quatuor rati-
oñis, quæ clare pa-
reut in litera.
Circa quarum pri-
mam & tertiam no-
tare domini prædi-
catores, & q[uod] oportet
prædicatores a
curis temporalium
reuum absoluunt ei-
se, & nec apparetur,
quod lucrū causa pre-
cident. Et hoc qui-
dem contra multos
militat, qui supen-
cio prædicant, qui
locum prædicandi,
non vbi maior ani-
marum fructus, sed
vbi maius flumen
præbetur, aut
maior elemosyna
operatur pro fe vel
conuenientia suo, eli-
gunt. Primum au-
tem quantum no-
ceat, experientia re-
staurat; paulatim en-
im prædicatio de-
seritur a religiosis
habentibus posses-
sionis, quæ iam ab
Episcopis, Abbatis-
bus, alijsque diuinis
clericis ac religi-
osis deferta vide-
tur. Secundum au-
tem Iesu Christi ac
Ecclesiæ præcipuum
officium, ad merce-
cedem atque au-

AD TERTIVM sic procedi-
tur. Videtur, quod Christus
in hoc mundo non debuerit paue-
rem vitam ducere. Christus enim
debuit eligibilissimam vitam ali-
mire: sed eligibilissima vita est,
qua est mediocris inter diuitias,
& paupertatem: dicitur enim Pro-
verb. 30. Mendicitatem & diu-
tias ne dederis mihi, tribue fatu-
vi eti meo necessaria, ergo Chri-
stus non debuit pauperem vitam
ducere, sed moderatam.

¶ Præt. Exteriores diuitiæ ad vsum corporis ordinantur, quantum ad viçtum, & vestitum: sed Christus in viçtu & vestitu communem vitam duxit, secundum modum aliorum, quibus conuiuebat. ergo videtur quod in diuitijs & paupertate cōmūnem modum vivendi feruare debuerit, & non vt maxima paupertate.

¶ 3 Præt. Christus maxime homines inuitauit ad exemplum humiliatis, secundum illud Matth. 11. Discite a me, q[uod]a mitis sum, & humilis corde: fed humilitas maxime cōmēdatur in dimitibus vnde dicitur primē ad Timoth. yltim. Dimitibus huius saeculi præcipe, nō altum sapere. ergo videtur q[uod] Christus nō debuerit ducere pauperem vitam.

BED CONTRA est, quod dicitur
Matthæ. & Filius hominis non ha-
bet ubi caput reclinet : quasi di-

Fcat, secundum Hieronymum: *
Cur me propter diuitias & fecu-
li lucra cupis sequi, cū tantā sum
paupertatis, vt nec hospitium
quidem habeā, & tēto utar non
meo? Et super illud Matthæ 17. vi
non scandalizemus eos, vadē ad
mare, dicit Hieronymus. † Hoc sim-
pliciter intellectum, adūcūt audi-
torem, dum audit tantā dominū
fuisse pauperitatis, vt vnde tribu-
ta pro se, & Apostolo redderet,
non haberet-

G R E S P O N D E O . Dicendum, quod Christum decuit in hoc mundo pauperem vitam duce-re. Primo quidem, quia hoc erat congruum predicationis of-ficio, propter quod venisse se di-cit, Marci primo, Eamus in pro-ximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prae-dicem: ad hoc enim veni- Oportet autem pre-dicatores verbi Dei, vt omnino vacent pre-di-cationi, omnino a seculari-mu-re tum cura esse absolutos: quod fa-cere no[n] possunt, q[ui] diuitias pos-si-dent, vnde & ipse dominus Apo-stolos ad praedicandum mittens, dicit eis Mattha. decimo. Noli-te posse-dere aurum, neque argen-tum: & ipsi Apostoli dicunt, Act. 6. non est aequum nos relinque-re verbum Dei, & ministrare me-sis. Secundo, quia sicut mortem corporalem astupimus, vt nobis vitam largiretur spiritualem, ita corporalem paupertatem susti-nuit, vt nobis diuitias spirituales largiretur, secundum illud secun-dum ad Corin-th. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quo-niam propter vos egenus factus est, vt illius inopia diuities esceris, Tertio, ne si diuitias haberet, cu-piditati eius praedicatio ascribere tur, unde Hieronim. dicit super Matthae. quod si discipuli eius di-uitias habuissent, viderentur non causa salutis hominum, sed cau-

K ostenderetur , quanto per pau-
pertatem videbatur abiectione . vnde dicitur in quo-
dam sermone Ephesini concilij : Omnia paupera,
& vilia elegit , omnia mediocria , & plurimis obscu-
ra , vt diuinis cognoscaretur orbem transformasse
terrarum , propterea pauperculam elegit matrem ,
pauperiem patriam , egens fit pecunijs : & hoc tibi
exponat præsepe ,

AD PRIMVM ergo dicendum , quod superabundantia diuitiarum , & mendicitarum , vitanda videntur ab his , qui volunt uiuere secundum virutem , in quantum sunt occasionses peccandi . Abundantia namque diuitiarum est superbiæ occasio : mendicitas autem est occasio furandi & mentiendi , aut etiam perjurandi .

Quia vero Christus peccati capax non erat, propter hanc causam, ex qua Salomon hoc vitabat, Christo vitanda non erant neque tamen quilibet mendicantes est furandi & perjurandi occasio, ut ibidem Salomon subdere videtur sed sola illa, quae est contraria voluntati, ad quam vitanda homo furatur & perjuratur: sed paupertas voluntaria hoc periculum non habet, quia talern paupertatem Christus elegit.

AD SECUNDVM dicendum, quod cōmuni vita vti, quam ad vīctum, & vestitum, potest aliquis non solum diuitias possidendo, sed etiam a mulieribus, & diuitiis necessaria accipiendo, quod etiam circa Christum factum est: dicitur enim Iuc. 8. quod mulieres quædam sequebantur Christum, quæ ministrabat ei de facultatibus suis. vt enim Hierony. * dicit contra Vigilantium, cōsuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, ut mulieres de substantia sua vīctum atque vestitum p̄ceptitoribus suis ministrarent: sed quia hoc scandalum facere poterat in nationibus, Paulus se abiecit cōmemorat. sic ergo communis vīctus poterat esse sine sollicitudine impediens p̄dicationis officium: non autem diuinorum p̄fessio.

AD TERTIVM dicendum, quod in eo, qui ex necessitate pauper est, humilitas nō multū commēdatur: sed in eo, qui voluntarie pauper est (sicut fuit Christus) ipsa paupertas est maxima humilitatis indicium.

Super Questionis
quadragesima Articlea
two quartum.

ARTICVLVS. IIII.

Verum Christus in hac vita secundum legem conuersatus fuerit.

Titus clarus.
In corpore vnicā conclusio:
Christus in omnib[us] secundum legis
torem &c. præcepta conuersatus
ad h[ab]itum. Hec autem
conclusio primo pro-
batur, quo ad fa-
ctum, deinde quo ad
conveniētiā. Quod
enim Christus in om-
nibus secundum le-
gēm de facto conuer-
sus fuit, probatur
ex illo facto, in quo
tamquam in principio
comprehenduntur
reliqua legalia, scilicet
ex circumcisione, &
pater ex auctoritate
Apostoli. Conveniētiā autem
quare Christus serua-
re voluit, ostendit ex
quoniam claris in Ite-

mundum fieri, vt pater Leuit. ii. ergo videtur, quod
ipse non fuerit secundum legem conuersatus.
¶ 3. Præterea. Idem iudicium videtur esse facientis, &
consentientis, secundum illud Rom. 1. Non solum
illi qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus:
sed Christus consensit discipulis suis solventibus le-
gem, in hoc p̄ fabbatho spicas vellebant, excusando
eos, vt habetur Matthæ. 12. ergo videtur, quod Christus
non conuersatus fuerit secundum legem.

SED CONTRA est, quod dicitur Matthæ. quinto.
Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut p̄-
p̄missum plicuit, primo quidem, nihil transgrediendo lega-

A lium, secundo iustificando per fidem, quod lex per literām facere non valebat.

RESPONDÉO. Dicendum, quod Christus in omnibus secundum legis precepta conuersatus est. In cuius signum etiam voluit circuneidi: circumcisio enim, est quedam protestatio legis impleenda, secundum illud Galat. quinto. Testificor omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vulnera legis facienda. Voluit autem Christus secundum legem conuersari. primo quidem, vt legē veterem approbare, secundo, vt eam obseruando, in seipso consumaret, & terminaret, ostendens quod ad ipsum erat ordinata. tertio vt Iudeis occasione calumniandi subtraheret. quarto, vt homines a servitute legis liberaret, secundum illud Galat. 4. Misit Deus Filium suum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dona super hoc se excusat a transgressione legis tricpleriter. Vno quidem modo, quia per p̄ceptum de sanctificatione sabbathi non interdictum opus diuinum, sed opus humanum: quoniam enim Deus die septimo cessauerit a nouis creaturis condendis, semper tamen operatur in rerum conseruatione, & gubernatione: quod autem Christus miracula faciebat, erat operis diuini. Vnde ipse dicit Ioannis quinto. Pater meus, vñque modo operatur, & ego operor. Secundo, excusat se p̄ hoc, quod illo p̄cepto non prohibentur opera, quæ sunt de necessitate salutis etiam corporalis. vnde ipse dicit Iuc. 13. Vnusquisque vestrum sabbatho nonne solvit bonum suum, aut asinum a p̄sepio, & ducit ad aqua re? Et infra 14: Cuius vestrum alius aut bos in putoem cadet, & non continuo extrahet illum die sabbathi? Manifestum est autem, quod opera miraculorum, quæ Christus faciebat, ad salutem corporis, & animæ pertinabant.

Tertio, quia illo p̄cepto non prohibentur opera, quæ pertinent ad Dei cultum. vnde dicitur Matt. 12. An non legitis in lege, quia sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt? & Ioannis septimo diciebat, quod circumcisio accipit homo in sabbatho: quod autem Christus paralyticō mandauit, vt lectum suum sabbatho portaret, ad cultum Dei pertinebat, id est ad laudem virtutis diuinae. Et sic pater, quod sabbathum non soluebat: quoniam hoc ei Iudei falso obiicerent, dicentes Ioannis 9. Non est hic homo a Deo, qui sabbathum non custodit.

AD SECUNDUM dicendum, quod Christus voluit ostendere per illa verba, quod homo non redditur immundus, secundum animam ex vñ ciborum quo rūcumque secundum suam naturam, sed solum secundum quandam significationem: quod autem in lege quidam cibi dicuntur immundi, hoc est per quandam significationem. vnde Augustinus * dicit contra Faustum: si de porco & agno requiratur vñ loge a principiis tom. 6.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam discipuli, qui esuriētes, spicas fabbatho vellebāt, a transgressione legis excusantur propter necessitatem famis: sicut & David non fuit transgressor legis, quando propter famis necessitatem comedit panes, quos ei edere non licebat.